

Pius II. an Ks. Friedrich III. Er informiert ihn über seinen Plan, einen Kommissar in geistlichen und weltlichen Dingen nach Bruneck zu entsenden, um dort stellvertretend für den Papst und den Kaiser, der als Graf von Tirol auch die Vogtei über die Brixner Kirche innehatte, die Amtsgeschäfte des Bistums Brixen zu führen. Da Hz. Sigismund dieses Vorhaben sicherlich mit Waffengewalt verhindern wolle, bittet er ihn um militärische Unterstützung.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StiB, Cod. Cus. 221 p. 125. Über dem Text:* Effectus, quod papa scripsit imperatori.

Erw.: Jäger, *Streit II* 87; Brosius, *Breven und Briefe* 206; Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol* 399; Baum, *Sigmund der Münzreiche* 189.

Ut non negligatur ecclesia Brixinensis, cuius administratio dilectus filius noster N. cardinalis sancti Petri propter hostiles persecuciones preesse nunc nequit, ad nos et ad apostolicam sedem administracionem eiusdem ecclesie ad beneplacitum nostrum et ipsius sedis advocavimus, et intendimus commissarium mittere in vallem Pustrissam et ad opidum Bruneckam eiusdem ecclesie, qui in spiritualibus et
 5 temporalibus administret et ad finem, quod illud opidum cum arce non oppugnetur per ducem Sigismundum, arma ecclesie Romane atque eciam arma tue maiestatis ibi exigere intendimus, cum ecclesia ipsa spiritualia ab apostolica sede habeat et a sacro imperio fundata sit et tue sit proteccionis, qui ut dux Austrie et comes Tyrolis eiusdem ecclesie advocatus existis. Et quia verisimiliter Sigismundus non obstantibus istis temptabit locum illum et nostros ibidem armata manu aggredi, rogamus celsitudinem tuam, ut
 10 statim ad capitaneum de Ortenburg¹⁾ et castellanos de Luencz²⁾ atque eciam comiti Goricie³⁾ et aliis scribere et eis mandare velis, quatenus oportuna subsidia necessitatis tempore nostro commissario ministrent, ne Sigismundus prevaleat et nos in administracione prefata perturbet. Non enim habebit commissarius noster aliud in mandatis quam administrare spiritualia et temporalia, prout illa semper administrari consueverunt sine eo, quod novas lites excitent etc. Ultima julii fuit expedita. Fuit missum
 15 hinc v augusti per familiarem Brack.⁴⁾

¹⁾ Georg II. von Kraig, Hauptmann zu Ortenburg; s.o. AC II 7, 2061 s.v.

²⁾ Jan Wittowetz; s.u. Nr. 6291 Anm. 32.

³⁾ Cf. Johann II. von Görz.

⁴⁾ Offenbar ein Diener des Gabriel Prack, ehemaligen Hauptmanns des NvK zu Buchenstein; s.o. Nr. 6174. Das päpstliche Breve wurde zusammen mit dem Brief des NvK vom 4. August 1460; s.u. Nr. 6275 Z. 11f.